



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Usuris, & interesse, Pars II. de Cambiis, Pars III.  
de Censibus, Pars IV. de Societatibus Officiorum

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XX. Ariminum. Censis. De materia præscriptionis, seù præsumptæ  
extinctionis census ob longissimam cessationem ab exactione, ac  
respectivè solutione fructuum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74112](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74112)

## DISCURSUS XX.

3;

in qua maturius examinati potuerit iste punctus fortè novus, quando scilicet uterque est in statu bona fidei, quoniam habita unica tantum disputatione, concordia terminavit controversiam; Probabilius tamen credebam tali casu pro cessatione fructuum respondendum esse, quoniam data insufficiencia fundi, deficit census, & consequenter deberi non possunt fructus tanquam ex censu; At &io autem ad damna & interrelata, eatenam intrat, quatenus concurrat in debitore dolus verus vel præsumptus super falsa assertione capacitas, quam ipse recte sciebat non adesse, unde cum idem dolus seu culpa in eo ita cessaret, quia cum bona fide ac justa credulitate hujusmodi assertionem fecit, hinc proinde videbatur dictæ actioni locum non esse, cum ejus fundamentum non sit bona fides creditoris, sed mala fides debitoris, quæ tamen sola non sufficit, nisi etiam copulativè altera bona creditoris concurreret.

dicti Francisci filium & heredem coram A. C. pro fructibus, & obtinuit mandatum ab annis 29. citrà juxta proximam Curiam de qua decif. 3. par. 8. recent. solidius fitmaram occasione disputationis habita in Bientina censu coram Corrado decif. 373. num. 14. cum sequan. par. 9. recent. in qua me scribente pro monte Labinorum creditore contraillos de Boviis dictum fuit, quod Rota & Curia sequitur opinionem Ultramontanorum contra Bart. & sequaces eumontanos, ut in censu tanquam debito non puro sed conditionali, non detur unica præscriptio, sed tot requirantur præscriptions, quot sunt anni, atq; hocjure vivitur in Curia.

Commissa verò causa appellationis in Rota coram Albergato, assumpta fuit disputatione, An & à quo tempore hujusmodi fructus deberentur, opponente debitor de dicti censu simulatione ac præscriptione seu præsumpta extinctione ob adeo diuturnum silentium. Verum pro atrice scribens dicebam hujusmodi exceptions esse contradictiones, quoniam si censu, iuxta rei conventi assertionem erat simulatus, hinc sequebatur quod nullatenus cadere poterat præsumpta extinctione, quia præsumi non potest solutum id, quod ipsem debitor allegat nunquam debuisse; Unde propterea in proposito præscriptionis statutaria, quæ in effectu aliud non est nisi præsumpta solutione, receptum habemus illam nunquam intrare in debito negato ut decif. 192. num. final. & decif. 219. num. 11. post Zacc. de oblig. Dunozett. decif. 849. num. fin. & in aliis frequenter, cum sit recepta propositio, cuius veritatem cessantibus auctoritatibus evidenter comprobare jam dicta ratio, quod præsumendum non est solutum id quod ipsem debitor dicit nunquam debuisse.

Agendo tamen distinctè de utraque, Quatenus pertinet ad primam simulationis, facilis erat ejus rejeccio, quoniam nulla dabatur simulandi causa, qua celsante frequens est ac in foro recepta propositio simulationis probationem requireti expressam & concludentem, ideoque non admitti conjecturalem & præsumptivam, cui tantum locus est, ubi congrua simuliandi causa concurrat juxta cons. Bart. 65. quod Rota sequitur ex deducitis per Adden. ad Greg. decif. 157. nn. 27. & ad Buratt. decif. 99. Tuderina donationis 17. Iunii 1652. coram Cerro decif. 273. num. fin. par. 11. recent. & saepius, potissimum quia conjecturæ erant leves a remota, unde propterea circa hunc punctum modica difficultas dignosebatur.

Ita pariter quoad præscriptionem, quæ in censibus penes impossibile est verificari, Tum ob difficultatem probandi continuatam negativam solutionis fructuum, Tum quia ex tempore subducendum est illud vita impositoris, qui tanquam debitor consciente ratione mali fidei ex dispositione juris Canonici, etiam in Terris Imperii recepta nunquam præscribit, quod juxta unam opinionem à Rota etiam receptam influit quoque in heredem universalem saltem primum ex iis, quæ ceteris allegatis firmantur in d. Bientina censu coram Corrado decif. 373. par. 9. recent. num. 8. cum seqq;. Ac etiam quia ex eodem tempore subducendum est illud pupillaris ætatis creditoris, quando præscriptio omnino obdormit, ac illud ætatis minoris, quando licet de jure currat, ubi recepta est cum defuncto, nihilominus datur restitutio in integrum, quæ etiam conceditur majori ex clausula si qua mili iusta cause &c. præterit & frequentius ratione justæ & probabilis ignorantia in herede etiam primo, fortius verò in secundo vel tertio de facili præsumenda, ita ut detracitis dictis detrahendis, nullus vel sat rarus casus videatur, in quo præscriptio ex mero jure communi resultans verificetur, in debitis præsertim juratis majo-

## ARIMINEN.

### CENSUS

P R O

CATHARINA A CURRU

C U M

CAROLO GIRONO.

*Casus disputatus in Rota, incertus est exitus, credo per concordiam.*

De materia præscriptionis seu præsumptæ extinctionis census ob longissimam cessationem ab exactione ac respectivè solutione fructuum.

### S U M M A R I U M

**1** *C*asus controversie.

**2** *In annuis censibus non sufficit unica prescrip-*  
*tio, sed tot requiruntur, quæ sunt anni.*

**3** *Prescriptio, si autem non intrat in debito negato.*

**4** *Cessante causa simulandi, ad simulationem proban-*  
*dam requiruntur probationes certe & expressæ.*

**5** *Quod prescriptio in censu, si penè impracticabilis.*

**6** *Sors census non prescributur, & quid de fructibus.*

**7** *In annis præstationibus aliquæ juribus incorporalibus*  
*quid probandum sit ad præscriptionem.*

**8** *De præsumpta extinctione census ob diuturnam non*  
*solutionem fructum.*

**9** *Negativa per quem & quomodo est probanda.*

### D I S C. XX.



**SQUE** ab anno 1603. Franciscus Gironus pro scutis 200. auri imposuit annum censem seut. 20. similiū auri ad favorem Cornelius à Curru, cui morienti de anno 1626, successit Franciscus frater, cui pariter morienti de anno 1640. successit Catharina, quæ habita notitia hujusmodi censu pulsavit Carolum

majorētē pēpetuitatē ad annos 40. habentib⁹, ut in d. dec. 373. num. 11. par. 9.

Sed fortius, quia omnes hujusmodi difficultates procedunt etiam in debito puro ad creditoris libitum repetibili, multo magis ubi agitur de censu, quoniam

**6** Aut tractatur de præscribenda sorte, & in ea verificabilis non est præscriptio, que nunquam currit non volentiagere ad not. text. in l. finali Cod. de annal. præscripto. Sors enim tanquam demorta non dicitur debita, atque creditor ad illius repetitionem agere prohibetur; ergo de plano intrat regula prædicta; Respondeat fructuum, in Rota & Curia, & foris in omnibus Italiae Tribunalibus, ut supra insinuatum est. receptam habemus opinionem Ultramontanorum contra Bart., quod cum non agatur de debito puro, sed conditionali, unica præscriptio non sufficiat, sed tot requirantur præscriptions, quot sunt anni, ut plenē dicta dec. 373. num. 14. par. 9. recent. ubi concordantes, & si talis exceptio suffragari potest pro annualitatibus præteritis, non autem ab annis 30. citra juxta opinionem, quam recepit praxis, cum de stricto jure, ubi adest iuramentum, esse deberet ab annis 40.

Ea etiam respectu ipsius census ac juris exigendi fructus de præsenti, & de futuro, concurrente clara ratione, quod in hujusmodi annuis præstationibus seu exigendi juribus incorporalibus dati non potest præscriptio nisi prævia petitione creditoris eum denegatione debitoris, ac subsequuta creditoris patientia, sine quibus utpote loco possessionis habendis, verificabilis non est præscriptio, inter cuius requisita illud continuata possessionis connumeratur, unde propterea, (excepta præscriptione immemorabili vel centenaria, cuius vigore quicunque melior titulus libertatis inducitus allegari potest, & sic in proposito ille extinctionis) receptum habemus quod in hujusmodi juribus tanquam facultativis non concurrentibus contradictione cum scientia & patientia ut supra, ex solo lapsu temporis non datur præscriptio ex deductis per Rovit. decif. 97. ubi de jure decimandi, & sapientia in dicta sua materia sub titulo de Decimis.

Major igitur ac unica præsens controversia difficultas consistebat in motivo præsumpta extictionis quandoque ob longævum silentium per Rotam admissa, ut apud Milkin. decif. 235. Et in Cornetana re-integrationis 26. Iunii 1641. coram Bichio Seraph. decif. 1333. in quibus auctoritatibus scribentes pro reo convento fundamentum constituebant; Verum repli-cando pro auctore dicebam, quod cum extincio frequentius per actum retrofusilem fieri solet, non de facilis admittitur ejus probatio per præsumptiones & conjecturas, ut in specie habeatur decif. 35. post Merlin. de pignor. in fine, & admittitur in eadem decif. Seraph. ubi non in solo silentio, sed in plerisque aliis probabilibus conjecturis & administris constitutur fundatum.

Hinc proinde dicebam istam esse potius questionem facti & applicationis quam juris, ex ejusdem facti circumstantiis decidendam, quibus attentis in proposito id prætendiri non poterat, quoniam ab anno 1608. creationis census usque ad annum 1626. in quo obiit Cornelius creditor, non constabat de negativa probanda per allegantem, quoties illa est fundamen-tum intentionis ex deductis per Greg. & Adden. decif. 13. Buratt. Et Adden. dec. 10. potissimum quia affirmativa videtur improbabilis ex parte creditoris, ubi præfertim est haeres ignarus eorum, qua cum defuncto gesta sunt, quoniam de communii ufo, quando fiunt solutiones fructuum census vel aliarum manuallium præstationum, creditor solet facere apocam de recep-to debitori, qui econverso facere non solet antapocam-

creditori, undē ita debitor lacetando vel occultando quietantias & apocas de recepto post longum tempori intervallum cum sola allegatione negativæ, præfertim cum heredibus ignaruis liberationem à proprio debito consequi posset; Ab anno vero 1626. non solum probanda erat, sed etiam scientia in hereda, ut ita ex silentio, ac negligencia in exigendo deduci posset allegata extinctionis administrum, quod neque solum & de per se esset sufficiens, nisi alia quoque urgenter in idem tendentia insinuata, & unitim pro judicis prudenti arbitrio consideranda; Et ex his credebam etiam cum sensu veritatis, nisi de congrua simulandi causa, vel de aliis extinctionis administris doceretur, pro astricter respondendum esse; ut puto sequustum, nisi concordia controversiam terminaverit, cum ignotus mihi remaneat causa exitus,

## ROMANA RETENTIONIS

PRO  
SOCIETATE SANCTI ELIGII  
CUM  
ILLIS DE PIERIS.

Casus disputatus coram Prelato Iudice  
Commissario & pro Societate determinatus.

An & quando creditori censuari, seu ejus cessionario competat retentio bonorum debitoris pro debito fortis principalis ad-versus crediteores posteriores,

S V M M A R I V M.

- F** Acti series.  
2 Pro sorte census non datur retentio adversus crediteores posteriores.  
4 Declaratur.  
3 Possessorire censita competitus extinguendi censem etiam invito creditore.  
5 In concursu qui formatur in bonis debitoris defeli gradinatur creditor censuarius etiam pro sorte.

D I S C. XXI.

**A**SPAR Brunus aucto. Societatis. x  
Eligii emit ab illis de Vetera contro-versam domum pro scis 1000.  
jam solitus, postea vero insurrexerunt quatuor crediteores anteriores  
illis, qui cum dicto prelio, reportata per emporem iurum cessione, dimisi fuerant,  
inter quos duo erant crediteores censuarii, qui contra dictum emporem seu Societatem ejus heredem  
immissionem in vim Salviani interdicti obtinuerant  
pro fructibus decursus & in futurum decurrentis,  
unde propterea possessor, reportata iurum cessione  
solvit, nedium fructus decursos, sed etiam somorem  
priorum.